

fura rei immutabilis tam secundum esse quam secundum operationes, Avum est mensura rei immutabilis secundum esse; mutabilis vero secundum operationes, & accidens quae potest suscipere. Tempus denique est mensura rei omnino mutabilis, tam secundum esse, quam secundum operationes, Ita docet S. Doctor supra quest. 10. art. 5. his verbis: Tempus habet in se primum & posterius, avum autem non habet in se primum & posterius, sed ei conjungi possunt: aeternitas vero non habet primum, neque posterius, neque in comparatione.

Suppono tertio aeternitatem aliam esse essentialiam, & aliam participatam. Aeternitas per essentialiam est duratio esse omnino indefectibilis, tam ab intrinseco, quam ab extrinseco, unde convenit soli Deo, Aeternitas vero participata est duratio rei immutabilis quidem ab intrinseco, mutabilis vero ab extrinseco, saltem per potentiam Dei, per quam potest destrui ac desinere esse, vel aliquam mutationem in se suscipere; & ista potest convenire rebus creatis, divinam immutabilitatem participantibus, ut colligitur ex D. Thoma supra q. 10. art. 2. ad 1. ubi ait: Quando Augustinus dicit quod Deus est auctor aeternitatis, intelligitur de aeternitate participata, et enim modo communiter Deus suam aeternitatem aliquibus, & suam immutabilitatem. His praesuppositis,

Inquitur, quamvis ex tribus mensuris jam explicatis visum beatificum mensuratur? An tempus, vel avum, aut aeternitas essentialis, vel participata? In cuius difficultatis resolutione, quatuor reperio sententias. Prima eximit visum beatificum tempore mensurari, quia licet ejus duratio sit indivisibilis, & tota simul; illam tamen non intelligimus, nisi per ordinem ad nostrum tempus. Ita Vasquez supra disp. 36. cap. 5.

Secunda docet, illam non mensurari tempore, sed avo, Sic Scotus in 4. dist. 49. q. 6. quem sequitur Suarez in metaph. disp. 50. sect. 6. num. 18.

Tertia contendit, illam mensurari ipsa aeternitate essentiali Dei, Hanc tenent Ferraritanus, Bannes, Navarrete Biescas, & nonnulli alii ex Schola D. Thoma.

Ultima denique, quam alii Thomistae communiter defendunt, propriam mensuram visum beatificum esse aeternitatem non essentialiam, sed participatam, affirmat. Ita Capreolus, Cajetanus, Nazarius, Gonzalez, Joannes a S. Thoma, & alii communiter.

§. II.

Rejiciuntur tres primae sententiae, & quarta statuitur.

16 Dico primo, visum beatificum non mensurari tempore, Ita D. Thomas 3. contra Gentes cap. 61. ubi hanc conclusionem multipliciter demonstrat. Primo, quia in hoc aeternitas a tempore differt, quod tempus in quadam successione habet esse, aeternitas vero est tota simul; At in visione beata non est successio, sed omnia quae per illam videntur, simul, & uno intuitu videntur, ut in prima suppositione demonstratum est: Ergo non mensuratur tempore.

7 Secundo, Actio non est in tempore, nisi vel ratione principii, vel ratione termini quem attingit: Sed visio beatifica ex neutro capite potest esse in tempore, vel eo mensurari: Ergo tempore non mensuratur. Major constat, sic enim actiones rerum materialium sunt in tempore, ratione principii, actiones vero Angelorum, quando agunt in hac interiora, ratione termini. Minor vero probatur: Principium visionis beate est intellectus lumine glorie illustratus; & ipsa divina essentia in ratione speciei intelligibilis secundatus; terminus vero est eadem essentia in ratione speciei expressa, ut constat ex dictis in secunda & tertia disputatione; Atque tale principium, & talis terminus non subjacent tempori: Ergo visio beatifica, nec ratione principii, nec ratione termini subjacent tempori.

8 Tertio, Anima intellectiva est creata in confinio aeternitatis & temporis, ut dicitur in libro de causis; unde ejus actio per quam conjungitur inferioribus quae sunt in tempore, temporalis est; actio vero per quam conjungitur rebus superioribus quae sunt supra tempus, aeternitatem participat: Sed visio beatifica est actio perfectissima, per quam Angeli, & homines beati perfectissime conjunguntur Deo, qui est aeternus, & supra omne tempus: Ergo illa non est in tempore, sed in aeternitate participata: juxta illud Christi Joann. 17. Haec est vita aeterna ut cognoscant te Deum verum.

9 Denique probatur conclusio destruendo fundamentum Vasquez; Quod enim nos non intelligamus visum beatificum, nisi per ordinem ad nostrum tempus, non facit quod tempus sit mensura durationis illius; quia nos non cognoscimus illam durationem per reductionem ad nostrum tempus, tamquam ad aliquid perfectius, & simplicius, sed tamquam ad aliquid imperfectius, & nostro modo intelligendū accommodatius. Sicut licet non cognoscamus durationem Angeli, nisi per habitudinem ad

nostram tempus, nec attributa divina nisi per ordinem, & connotationem ad creaturas; non tamen propterea tempus nostrum sumitur ut mensura durationis Angelorum, nec creaturae, ut mensura perfectionis Dei; quia mensura semper se habet ut aliquid simplicius, & uniformius mensuratur.

Dico secundo, visum beatificum non mensurari avo. 10 Probatur primo ex Divo Thoma supra quest. 10. art. 5. ad 1. ubi dicit: Creatura spiritalis, quantum ad affectiones, & intelligentias, in quibus est successio, mensuratur tempore, quantum vero ad eorum esse naturale, mensuratur avo, sed quantum ad visum glorie, participant aeternitatem.

Probatur secundo conclusio ratione fundamentali. Cum enim visio beatifica sit participatio divina intellectio, reddit animam veluti deformem, & modo divino operantem, ac proinde modo simpliciori, & immutabiliori quam sit Angelus in suo esse; unde cum diversitas mensurae durationis rerum, sumatur ex diverso gradu immutabilitatis illarum, ut docet D. Thomas loco citato, visio beata potest mensurari aliqua mensura nobiliori & uniformiori, quam sit ea quae mensurat Angelorum substantiam, ac proinde non mensuratur avo, sed aeternitate participata.

12 Probatur tertio conclusio: Avum licet in se sit immutabile, & totum simul, admittit tamen aliquam successione, & aliquas variationes accidentales in Angelo, sive quoad mutationes locales, sive quoad diversos actus, ut dicemus in Tractatu de Angelis disp. 5. art. 4. digesta unica. Sed visio beata nullam admittit successione, aut variationem, etiam accidentalem, in ipsa ratione visionis: Tum quia principia ad illam concurrentia, scilicet lumen glorie, & essentia divina per modum speciei unita, manent omnino invariata: Tum etiam, quia visio beatifica consistit intellectuale creaturam in ultimo termino, & sine, ac summa beatitudine, quae non potest amplius proficere nec deficere: Ergo illa non mensuratur avo.

13 Addo quod, sicut homo per gratiam viae, & dona supernaturalia, participat naturam Dei, & ejus attributa; ita & per visum beatificum, & gratiam consummatam patriae, immutabilitatem & aeternitatem Dei aliquo modo participat, ut docet D. Thomas supra q. 10. art. 3. ad 1. ubi ait: Dicitur multis aeternitates, secundum quod sunt multi participantes aeternitatem ex ipsa Dei contemplatione.

14 Addo etiam, quod visio beata appellatur vita aeterna, non solum quia durabit sine fine, nam hoc modo etiam vita damnatorum erit aeterna; sed quia inter res creatas summam immutabilitatem habet, & nullam admittit successione, aut variationem in ipsa ratione visionis, & quantum ad operationes per se ad illam consequentes; licet illam admittat quantum ad illustrationes, & revelationes quae sunt extra Verbum, & quae per se ad illam non pertinent, sed ad illud genus cognitionis, quae scientia infusa appellatur.

Dico tertio: Visio beata non mensuratur aeternitate essentiali, sed participata.

15 Probatur primo ex D. Thoma 3. cont. Gent. cap. 61. ubi ait, quod visio Dei in quadam participatione aeternitatis percipitur. Et infra subdit: Est divina intelligentia in aeternitate est; vel magis est ipsa aeternitas: ergo visio praedita in participatione aeternitatis est.

16 Probatur secundo hac ratione fundamentali. Quod mensuratur aeternitate essentiali, debet fuisse necessario ab aeterno, & esse omnino immutabile ac indefectibile, tam ab extrinseco quam ab intrinseco: ut enim docet Divus Thomas supra quest. 10. art. 1. Ratio aeternitatis consequitur immutabilitatem, sicut ratio temporis, consequitur motum: Sed visio beatifica, licet ab intrinseco sit invariabilis & indefectibilis, admittit tamen aliquam mutabilitatem, & defectibilitatem ab extrinseco, tam in genere entitativo, quam intelligibili: sicut enim illa incipit de novo, ita & potest desinere, si Deus de facto suspendat suum concursum, sicut de facto desit in aliquibus qui in hac vita videntur Deum, ut de Paulo, & Moysē docet D. Thomas hic art. 11. Item illa de potentia absoluta potest esse major vel minor, etiam in eodem subiecto; sicut de facto in diversis subiectis una est major quam cum non mensuratur aeternitate essentiali, unde alia mensura praeterquam aeternitate participata, mensurari nequit.

17 Sed quares primo, An sicut tempus est subiective in 16 primo mobili, & avum in supremo bonorum Angelorum, ita & aeternitas participata existat in aliquo subiecto, & quodnam illud sit?

18 Respondeo cum Nazario, valde probabile esse quod aeternitas participata subiective sit in intellectu perfectissimi beati, scilicet in anima Christi: sicut enim in genere motuum, motus primi mobilis est mensura ceterorum, quia est simplicior & uniformior; & sicut durationes Angelorum, propter eandem rationem, mensurantur per durationem

durationem supremi Angeli, ita probabile est omnes visiones beatas mensurari a visione Christi, quae ceteris immutabilior, uniformior, & simplicior est, in quantum unica existens complectitur omnia quae diversis visionibus aliorum beatorum videntur: immo, ut docet D. Thomas supra citatus, ad omnia se extendit, quae Deus videt per scientiam visionis.

17 Queres secundo, An aliae formae supernaturales, ut gratia, caritas, ut unio hypostatica, aeternitate participata mensurantur?

18 Respondeo gratiam & caritatem in duplici statu considerari posse: scilicet in statu imperio facto viae; ut regulariter per fidem, & cognitionem obscuram; & in statu perfecto patriae; & prout regulariter a lumine gloriae, & clara Dei visione. In primo statu mensurantur mensura omnino mutabili & temporalis, quia trahuntur ad modum imperfectum ipsius subiecti, & sunt in eo amissibiliter; eo quod non repleant totam ejus potentialitatem, ut docet D. Thomas 2. 2. quest. 24. art. 11. In secundo vero, gratia consummata patriae, cum sit omnino immutabilis & insusceptibilis, & amor beatificus, saltem ut tenentur ad in obiectum primum, scilicet Deum clare visum, aeternitate participata mensurantur, quia ad visum beatificum consequuntur, & illi conformantur, ac habent eandem cum illa immutabilitatem & indefectibilitatem. Dixi amor beatificus, ut tenentur ad in obiectum primum: ut enim ferretur in obiectum secundarium, id est in creaturas quas libere amat, non mensuratur aeternitate participata, sed tempore discreto, seu angelico, sicut in statu viae tempore communi, quia ex hac parte admittit mutabilitatem & successione, quam non admittit visio beatifica, etiam respectu creaturarum quas videt in Verbo.

19 De unione vero hypostatica, similiter dicendum est, illam mensurari aeternitate participata, quia est omnino immutabilis, & indefectibilis, multoque intimius ac perfectius Deo conjungitur, quam visio beatifica, vel gratia consummata patriae, ut docet D. Thomas 3. p. quest. 50. art. 2. his verbis: Gratia unio per quam divinitas unita est carni, est sui ratione est magis permanens, quia ordinatur ad unionem personalem, quam gratia adoptionis, quae ordinatur ad unionem effectivam.

Nec obstat si dicatur, istam unionem secum compatibilitatem operationum quas Christus exercebat in natura assumpta, dum erat in statu viae, & consequenter debere mensurari avo, quod mensurat rem immutabilem in substantia, & mutabilem in operatione.

20 Respondetur enim, negando Consequentiam: quia avum mensurat substantiam immutabilem, quae est principium, & radix operationum mutabilium; unio autem hypostatica non erat radix illarum operationum, quas Christus dum erat vixit exercebat in natura assumpta, illae enim pertinebant ad naturam, quae est radix, & principium operandi; non vero ad hypostasis, quae solum est terminus naturae, nec operatur nisi illa mediante. Addo quod, si hoc argumentum concluderet, probaretur unio hypostatica mensurari tempore, non avo: quia actiones corporales quas Christus in natura assumpta exercebat, dum erat vixit, erant subiectae mutabilitati temporis, & ab illo mensuratae, sicut actiones aliorum hominum.

§. III.

Solvuntur Objectiones.

19 Obijciens primo contra primam conclusionem: Visio Pauli quam habuit in via, fuit ejusdem rationis cum ea quam modo habet in patria, utpote terminata ad idem obiectum, & procedens ab eodem lumine glorie, & ab eadem specie divina essentia: Sed illa fuit defectibilis, & subiecta mutationi, ac proinde mensurata tempore: Ergo & ista.

20 Respondeo primo, quod licet visio D. Pauli fuerit ejusdem rationis, quantum ad speciem; & substantiam, cum illa quam modo habet in patria, non tamen quantum ad statum, & modum durationis; quia non fuit data per modum status perfecti & permanentis, sed per modum transientis, non tollentis statum viae. Unde D. Thomas 2. 2. quest. 175. art. 3. ad 2. numerat illam inter prophetias, & ad modum prophetiae, seu confectionis transientis, dicit fuisse communicatam: quare licet illa per accidens, & ratione status, fuerit subiecta mutationi, & mensurata tempore, visio tamen qua nunc fruitor in caelo, est omnino immutabilis, & indefectibilis ab intrinseco, ac proinde non mensuratur tempore, sed aeternitate participata.

21 Secundo dicit potest, visionem D. Pauli quam habuit in via, fuisse mensuratam aeternitate participata, sicut illa quam modo habet in patria; quia ab intrinseco, & ex sua natura, erat immutabilis & indefectibilis; quamvis ab extrinseco, & per Dei potentiam, fuerit mutata & destructa; sicut etiam Deus de absoluta potentia mutare

potest, & destruere visiones quae sunt in patria; & sicut ipsa substantia Angeli, quae mensuratur avo, potest desinere, si Deus voluerit eam annihilare.

22 Obijciens secundo contra secundam conclusionem: Avum est mensura rei immutabilis in suo esse, & mutabilis secundum operationes ei adjunctas: Sed visio beatifica, quamvis sit immutabilis, & indefectibilis in suo esse, est tamen mutabilis quoad perfectiones adjunctas, Ergo mensuratur avo. Major constat, nam substantia Angeli mensuratur avo, quia licet sit in se incorruptibilis & indefectibilis; habet tamen aliquam variationem accidentalem, quoad motus locales, & operationes illi adjunctas. Minor vero probatur: Beati non vident statim initio beatitudinis omnia quae pertinent ad eorum statum, sed de his paulatim, & successive illuminantur a Deo, ut diximus articulo precedenti: Ergo visio beatifica admittit in se revelationes & illustrationes, ac proinde mutabilis est quoad operationes illi adjunctas.

23 Respondeo distinguendo Majorem: Avum est mensura rei immutabilis in suo esse, mutabilis vero secundum operationes illi adjunctas per se, concedo, Illi adjunctas per accidens tantum, nego. Similiter distinguo Minorem: Visio beatifica est mutabilis quoad operationes illi adjunctas per se, nego, Illi adjunctas per accidens, concedo.

24 Explicatur: In beatis duo sunt genera operationum, quaedam per se consequuntur ad visum beatificum, ut amor, fructus, delectatio, & illa sunt omnino immutabiles, & indefectibiles ab intrinseco, sicut ipsa visio a qua dimanant. Aliae vero sunt quae visum beatificum per accidens adjunguntur, ut illuminationes, & revelationes quae sunt extra Verbum; quae, ut supra diximus, per se non pertinent ad visum beatificum, sed ad illud genus cognitionis, quam Theologi appellant scientiam infusam, quae per accidens ad illam consequitur. Quamvis ergo in beatis sit aliqua mutatio, & variatio accidentalis, quantum ad illustrationes, & revelationes factas extra Verbum, quia tamen ipsa visio beata nullam patitur mutationem: quantum ad alias operationes quae per se ad illam consequuntur, non mensuratur avo, sicut substantia Angeli, quae est principium & radix operationum mutabilium quae per se ad illam consequuntur, sed aeternitate participata.

25 Obijciens tertio contra tertiam conclusionem: Visio beata habet divinam essentiam loco speciei: Ergo debet mensurari eadem mensura qua illa: Sed essentia divina aeternitate essentiali mensuratur: Ergo & visio beatifica.

26 Respondeo concessio Antecedente, negando Consequentiam. Licet enim essentia divina quae in visione beatifica gerit vices speciei, in se mensuretur aeternitate essentiali; quia tamen concursus ejus ad visum, incipit & potest desinere, & illa potest ad majorem vel minorem visum concurrere, quod totum importat aliquam mutabilitatem, saltem ab extrinseco, & in ordine ad potentiam Dei absolutam; ideo visio beatifica mensuratur aeternitate participata, non vero essentiali. Sicut etiam licet Verbum divinum suppleat rationem personae in humanitate Christi; unio tamen hypostatica, ut supra dicebamus, non mensuratur ipsa aeternitate essentiali, sed participata. Tum quia incipit aliquando, & de absoluta Dei potentia potest desinere. Tum, etiam quia licet humanitati communicetur existentia divina, illa tamen non communicatur ut propria, & homogenea ipsi, sed ut suppleans vices existentiae creatae.

DISPUTATIO VII.

De Nominibus Dei.

Ad quaestionem 13. D. Thoma.

17 Licet Deus ineffabilis sit, ipsiisque (ut olim dicebat Plato) intelligere difficile sit, loqui autem impossibile: tamen de nominibus ejus breviter hic cum S. Doctore differendum est: Divina enim (inquit Leo Papa serm. 4. de Passione) considerationis materia, ex eo quod ineffabilis est, sancti tribuit facultatem; nec potest deficere quod dicitur, dum non potest esse satis quod dicitur.

ARTICULUS UNICUS.

Breviter exponuntur, & declarantur quae de divinis nominibus, communiter docent Theologi.

18 Quae Theologi communiter docent cum D. Thoma de divinis nominibus, facilia sunt, & deduci possunt ex doctrina quam tradidit Aristoteles 1. de interpret. ubi docet nomina significare res mediante conceptu; subindeque nomina imposita ab aliquo, non magis rei quidditatem significare, quam ipse conceptus imponentis vel loquentis exprimat. Ex quo

Infero, primo contra Scotum, Vasquez, Molinam, & Aristagm, non posse a viatoribus imponi Deo nomen, quod ipsum, quidditative, & ut est in se significet: quia nullus via or potest (saltem de lege ordinaria) cognoscere Deum quidditative, & ut est in seipso. Quam rationem tangit Augustinus in Phl. 24. his verbis: Quid queris ut ascendas in linguam, quod in cor non ascendit?

Dices cum Vasquez, mensuram significationis nominum non debere sumi ex eo qui nomen imponit, nec ex eo qui loquitur, sed ex eo qui audit. & intelligit conceptum loquentis: unde cum viatores possint excogitare nomen, quod excitet in beatis conceptum quidditativum Dei, possunt illi nomen imponere, quod ipsum quidditative significet, quamvis illum quidditative non cognoscant. Sicut (inquit) Rex Hispanie potest nomina imponere civitatibus Indiarum, quas nunquam vidit: quibus auditis, qui illas viderunt, eas quidditative intellegent.

Sed contra primo: Ex Aristotele citato, Voces sunt eorum que sunt in anima passivum nomen: id est vitales expressiones nostrorum conceptuum: Ergo vis significationis in vocibus, debet sumi ex eo qui loquitur, & exprimit suum conceptum, non vero ex illo qui audit, & talem conceptum intelligit.

Secundo, Si significatio vocum ad solum audientem referatur, sequitur quod si quis proferret propositiones alio modo quam sentit & concipit, non diceretur mentiri; quia non exprimeret suam mentem, sed solum obiectum extrinsecum, eo modo quo ab audiente percipitur: Sed hoc est falsum & absurdum, ut constat: Ergo & illud.

Tertio, Sequeretur quod phitacus vere loqueretur, quia licet non intelligat qua dicit, excitat tamen in audiente cognitionem eius rei quam profert.

Denique, Si vera esset huius Auctoris doctrina, creaturae possent Deo imponere nomen, quod ipsum, nedum quidditative, sed etiam comprehensive significaret: Consequens est falsum, ut patet: Ergo & Antecedens. Sequela probatur: Ex parte Dei non deest vis ad cognitionem sui comprehensive: ex parte vero nostri potest esse talis intentio, nomen aliquod instituenti, quod Deum totaliter quatenus est, ipsi significemus: Ergo si non est necessarium, ut qui nomen imponit, tantum de re significata noverit, quantum in significatione ponit, ut docet Vasquez, poterit a creaturis imponi Deo nomen, quod illum sibi ipsi comprehensive significet: sicut in eius sententia viatores, quamvis Deum quidditative non intelligant, illi possunt imponere nomen, quod excitet in beatis quidditativum eius conceptum.

Infero secundo contra Bannez, & Zumei, posse Angelos, & homines beatos, Deo nomen imponere, quod eius essentiam ut in se est significet, & declaret.

Probatur: Ut enim dicit S. Doctor hic art. 1. Secundum quod aliquis a nobis intellectum cognoscit potest, sic a nobis potest nominari: Sed Angeli, & homines beati, cognoscunt Deum ut est in se: Ergo ipsum nominare possunt, nomine proprio. Illud ut est in se significante, iuxta illud Zacharia ultimo: In illa die erit Dominus unus, & nomen eius unum.

Neque valet quod respondet Bannez, nimirum Prophetam sibi ad litteram non loqui de visione beatifica, sed de statu Ecclesiae militantis; & significare, non futurum in Ecclesia plurimum Deorum cultum, sed unum Deum ab omnibus invocandum. Non valet, inquam, licet enim hoc interpretatio possit admitti, tamen D. Thomas hunc locum etiam intelligit de beatis videntibus Deum. Nam in 1. sent. dist. 2. quest. 1. art. 3. questiuone. 4. sic ait: Si intellectus noster Deum per seipsum videret, illi posset imponere nomen unum, quod erit in patria, & ideo dicitur Zacharia ultimo: In illa die erit Dominus unus, & nomen eius unum. Idem docet 1. contra Gentes cap. 31. his verbis: Si nos ad unum essentiam, prout est in se, possemus intelligere, & ei nomen proprium adaptare, uno nomine tantum illum exprimeremus, quod promittitur his qui eum per essentiam videntibus, Zacharia ultimo. Quibus verbis excluditur alia responsio eisdem Auctoris, dicentis per nomen illud unum, quod videntibus Deum a Propheta promittitur, intelligi Verbum increatum. Nam videntibus divinam essentiam non promittitur visio in verbo, qua includitur, aut idem est cum visione beata, sed, aliquid aliud, scilicet unius nominis impositio. Et in hoc sensu exponit etiam Lyranus verba Zacharia.

Dices primo cum Zumei: in tantum potest aliquis nomen imponere, in quantum habet conceptum, & speciem expressam de re quam vult manifestare: Sed beati non habent speciem expressam creatam, qua Deum quidditative representent; ut supra ostendimus: Ergo non possunt Deo nomen quidditativum imponere.

Confirmatur, & magis declaratur hec ratio. Non potest Deus per speciem aliquam creatam quidditative representari: Ergo nec significari aliquo nomine creato, eius essentiam, & quidditativum declarare. Antecedens constat ex dictis dist. 2. Consequentia etiam videtur manifesta ex paritate rationis art. 1.

Respondeo. Ad hoc ut beati Dei nomen quidditativum imponant, sufficere quod habeant conceptionem, id est intellectionem creatam, terminatam ad essentiam divinam, ut est in se, & ut gerentem vices verbi, & speciei expressae: nec esse necessarium, ut habeant speciem impressam vel expressam creatam. Unde ad confirmationem, negatur consequentia & paritas: quia diverso modo, species & nomen significant; species ut naturalis similitudo obiecti, quam esse oportet eisdem ordini, & immaterialitatis cum illo; nomen, ut signum ad placitum, & per extrinsecam denominationem; qua ratione non repugnat res inferioris ordinis significare ea que sunt ordinis superioris.

Infero tertio: A beatis, vel a Deo ipso, non posse pro viatoribus, seu carentibus visione Dei, imponi nomen quidditativum Dei. Nomen enim quidditativum debet in audiente excitate cognitionem quidditativam rei: Ab viatoribus non potest excitari quidditativa Dei cognitio, cum illa creantur: Ergo nec pro illis imponi nomen quidditativum Dei.

Infero quarto: Neque a viatoribus, neque a beatis, nec ab ulla creatura possibili, imponi posse Deo nomen ipsum significans adquate, & comprehensive: quia, ut supra dist. 4. art. 3. ostendimus, nulla creatura existens, vel possibilis, potest Deum comprehendere: Ergo nec illum comprehensive significare.

Infero quinto: Neque a Deo ipso imponi posse nomen, quod ipsum alteri quam sibi ipsi comprehensive significet: quia in nullo alio est, aut esse potest, facultas Deum comprehendi, & tam perfecte cognoscendi, quam se cognoscit Deus ipse.

Infero sexto: Postea viatoribus Deo imponi plura nomina ex creaturis, qua diversis ejus perfectiones imperfecte declarant. Deus enim imperfecte a nobis ex creaturis cognoscitur, iuxta illud Apostoli ad Roman. 1. invisibilia Dei, per ea que facta sunt, intellecta conspiciuntur. Unde in sacris litteris, variis nominibus Deus insignitur: nam modo sanctus, modo bonus, altissimus, omnipotens, admirabilis, terribilis &c. cognominatur, ut (inquit Hieronymus in Epistola ad Marcellam) per plura creaturarum nomina, veluti per quosdam gradus, ad infinitam creatoris perfectionem ascendatur: & multiplices omnium creaturarum perfectiones, in simplicissima divina nature perfectione contineri declarantur. Vel, ut ait Ficinus; ut multa, varique bona a divina bonitate, largissime profuentia, exprimentur.

Sed inter hac nomina, precipue notanda sunt decem illa, quibus apud Hebraeos Deus olim cognominari solebat, ut notat D. Hieronymus in eadem Epistola. Primum est *אל* El, quod Deum fortem significat. Secundum *אלהים* Eloah, quod Deum providentem, gubernantem, & videntem declarat. Tertium est *אלהים* Elohim, quod precedentis plurale est. Quartum *צבאות* Tzebaoth, quod semper cum alio Dei nomine conjunctum est, ut *יהוה צבאות* Jehovah Tzebaoth, Dominus exercituum, quod Vulgatus Psal. 24. v. 10. vertit, Dominus virtutum. Quintum *אליון* Eljon, id est, excelsus. Sextum *אלהים* Elohim, quod vulgatus vertit, sum qui sum, cum apud Deum futurum ipsum praesens sit. Septimum *אדוני* Adonai, quod Dominum significat. Octavum *יהוה* Jehovah, quod sonat in fine *יהוה* Hallelujah: componitur enim ad *הללו* Hallelu, id est, laudate, & *יהוה*, hoc est Deum. Nonum *שדי* Sadai, quod munificum, liberalem, & omnipotentem significat. Decimum est nomen Tetragrammaton *יהוה* Jehovah communiter pronuntiatum: illud tamen Hebraei religiosi & reverentia causa pronuntiare non audebant, habentes sacratissimum, tamquam nomen Dei primum, & essentialia, ejus essentiam ut in se est significans, unde ineffabile nomen esse dicebant; & quando in sacra Scriptura occurrerat, loco illius Adonai pronuntiabant. Quod & observavit noster vulgatus Interpres Exodi 6. versa 3. sic vertens nomen meum Adonai non indicavi ei: in Hebraeo enim non est Adonai, sed nomen Tetragrammaton; quod quia est ineffabile, Interpres, more veterum, pro eo substituit nomen Adonai.

Observandum est etiam, apud omnes fere gentes. sacrum Dei nomen Tetragrammaton esse, utpote quod quatuor litteris ubique scribitur. Aegyptii enim Deum vocant *Theb*, Persae *Syre*, Magi *Orfi*, Graeci *Osai*, Armeni *Voi*, Arabes & Turcae *Alla*, Germani & Angli *Gott*, Galli *Dieu*, Hispani *Dies*, Itali *Ido*: Hebraei demum *יהוה* Jehovah.

Infero septimo: Quod sicut Deus a nobis triplici via intelligitur, nempe per viam remotionis, per viam excessus, & per viam causalitatis, ut docet Dionysius cap. 1. & 7. de divin. nom. Ita etiam triplici genere nominum a nobis appellari solet; aliqua enim remouent ab illo imperfectiones creaturarum: ut quando dicitur incorporeus, immaterialis, incompositus &c. Et hunc modum cognoscendi Deum, appellat Dionysius, modum cognoscendi per ignorantiam, quem existimat omnium dignissimum, dicens: Et est verus divinitus Dei cognitio, qua per ignorantiam

scientiam cognoscitur, quando mens ab omnibus aliis recedens, & seipsum seipsum dimittens unita est super splendens ratiocinatio. Alia vero sunt nomina qua significant Deum per modum excessus, & supereminantia: ut quando dicitur superperfectus, superexcellens, superpulcher, superfluentia &c. Alia denique exprimentur ejus causalitatem, vel dominium ejus creaturas: ut quando vocatur creator, dominus, gubernator, provisor, &c.

Infero ultimo: Deum non dici nec esse ineffabilem eo sensu, ut nullus de ipso sermo haberi, nullumque ipsi nomen a creaturis imponi possit: sed dicitur ineffabilis, primo quia a viatoribus nullum potest imponi nomen, ejus essentiam ut est in se, clare & quidditative declarans: Hoc enim (inquit Nazianzenus Orat. 49.) Deus est, quod cum dicitur, non potest dici, cum estimatur, non potest estimari, cum definitur, ipsa definitio crescit. Dixit autem Deum ipsa definitio crescere, quia licet definitio dicitur terminus rei, quia ea veluti termino & fine res clauditur; tamen cum Deum definire & determinare contendimus, ita se habet, ut semper aliquid illius extra maneat, eo quod natura ejus ab intellectu creato propria virtute cognosci nequeat, nec viatori satis explicari & definitione describi.

Secundo Deus vocatur ineffabilis, quia nullum illi nomen imponi potest, ipsum illi creatura existenti aut possibili comprehensive significans: ita ut illo audito creatura formare possit cognitionem Deo adquatam, & ipsum comprehendentem. Unde ipsi etiam beati illum clare videntes, dicuntur a Propheta in caelesti patria feruere silentium, non solum quia in visione beatifica nullum formant verbum creatum, ut supra annotavimus dist. 2. art. 2. sed etiam quia infinitam Dei essentiam, & perfectionem comprehensive intelligere, & significare non valent: ut egregie declarat sanctus Doctor in 1. dist. 2. q. 1. art. 3. questiuone. 4. his verbis: Si intellectus videns Deum per essentiam, imponeret nomen rei quam videret, & nominaret, mediante conceptione quam de ea habet, oporteret adhuc quod imponeret plura nomina; quia impossibile est, quod conceptio intellectus creati, representet totam perfectionem divinae essentiae. Unde de una re visa, diversas conceptiones formaret, & diversa nomina imponeret: sicut dicit etiam Chry-

ostomus, quod Angeli laudant Deum, quidam ut maiestatem, quidam ut bonitatem, & sic de aliis, in signum quod ipsum non vident visione comprehensive: sed conceptio perfectio representans Deum, est Verbum increatum. Hec D. Thomas, quibus verbis eleganter declarat, quod solus Deus proprie in Sion loquitur, quia solus sibi proprium & adequatum nomen imponit, verbum scilicet aeternum quod format, & quod totam ejus cognoscibilitatem adequat. Unde Lactantius lib. 4. instit. cap. 7. Ideo solus Deus hoc sibi nomen a principio imposuit, quod nullus alius praeter ipsum scit, quia solus seipsum comprehendit, solus ipse aeternum verbum genuit.

Ex his facile intelliges, Deum recte appellari a Dionysio cap. 1. de divin. nomin. *ἀνομιον* & *ἁνομιον*: caret enim omni nomine, quia nullo nomine totum quod in ipso est, prout est, exponi potest: habet vero plura nomina, quia variae sunt perfectiones in rebus creatis dispersae, ex quibus cognosci & nominari potest. Unde Gregorius Nyssenus in explanatione Cantici Cantuorum: Omnia (inquit) mira qua in universo contemplantur, materiam divinarum nominum praebet, quibus Deum sapientem, potentem, bonum sanctum, beatum, aeternum, iudicem, salvatorem, & alii huiusmodi nominamus. Vel etiam, ut idem sanctus Doctor ibidem docet, dicitur *ἁνομιον*, ob multitudinem beneficiorum qua nobis confert. Lumen enim dicitur, cum caliginem ignorantiae depellit; vita, cum immortalitatem largitur; via, cum ab errore ad veritatem deducit &c.

Simili modo Nazianzenus in quodam carmine, Deum sic alloquitur:

Cum neque unum sis, neque omnia. Quem te appellem, Qui solus inominabilis, & omninomus?

Ubi Deum inominabilem, & omninomum appellat; quia licet pluribus nominibus appelleretur, ut a nobis aliquo modo cognosci possit, nullum tamen nullaque conceptio nostra, illum exprimere potest prout est in seipso. Unde egregie Augustinus Tract. 13. in Joann. Omnia possunt dici de Deo, & nihil aliud dicitur de Deo. Nihil latius hac insipia. Quare congruum; non invenis. Quare quoque modo dicere; omnia invenis.

TRACTATUS TERTIUS.

DE SCIENTIA DEI, ET IDEIS

in Mente ejus existentibus.

Ad Questionem 14. & 15. D. Thoma.

P R A E F A T I O.



UM primum ad penetrandas de divina scientia quaestiones animi converti, visus sum mihi hoc a Deo impoſitum praecipuum excipere: Duc in altum, & laxate retia in capturam, Luca 5. quo iuſtus est olim D. Petrus, & ut explicat, D. Ambrosius in cap. 5. Luca, in profundum diſputationum seſe committere. Nec immerito hanc Tractatum de Dei ſcientia, vaſtiſſimum & immenſum mare dixerim; & compoſitum inſuſum, procellis opportunum, naufragio celebre, unde vix quiliſquam integram navem educat. In hoc oceanus converſerat Paulus, cum horrore quodam percuſus, altitudinem quidem vidit (ut inquit Auguſtinus ſerm. 20. de verbis Apoſtoli cap. 7.) ſed ad profundum non pervenit, & unum reperit quo exclamaret: O altitudo ſapientiae & ſcientiae Dei!

Sane ſi Dei miraculorum mare theaurum eſt, in quo divina ars ludit; illudque hominum mentibus ut cum in caeteris multa ſint que ſuam mercantur, & animum rapiant, mirabiles tamen ſunt elationes maris, mirabilis ſit in altis Dominus: hoc habet ſcientia Dei ſingulare, & eximium, tantumque mentium aciem & conium ſuſperat, ut immenſum hoc pelagus contemplanti, ſola cum ſupore admiratio ſuperſit. Quid enim ſi claritate, & cui omnia nuda & aperta ſunt; cui ſerminum mentium lumen, eſt omnia una mens caperet, conſervaret, ceceam noſtem, & reſerpat dicit aperire? Quid ſi vim agendi, & efficaciam, qua nullis machinamentis, nullo labore aut conatu quibus ars eget, ſed ſola contemplatione, & viſione univerſum producit? Quid ſi inſinitatem, ſimplicitatem certitudinem, immutabilitatem, & caeteras dotes: qui inſpicit? ſolum cum admirationem & ſuporem manere neceſſe ſit, ut identidem cum Propheta exclamet: Mirabilis facta eſt ſcientia tua, confortata eſt, & non potero ad eam! Unde Chryſoſtomus homil. de incomprehenſibilitate Dei naturae: Multa ſunt quae licet miremur, non tamen cum timore, ut magna aedificia columnarum, ornamenta parietum, picturas corporum. at maris vaſtitem, immenſoſque aquarum gurgites, & altitudinem, non ſine metu inſpicimus. Sic & Propheta, cum vaſtum, id immenſumque divina ſcientiae pelagus inſpicit, vertigine quaſi tentatus, ſuſpedit, ac ſummo cum timore demirans, recedit, atque exclamat, mirabilis facta eſt ſcientia tua!

Nec ſolum hanc graviffimam diſtinctionem, mare dixerim, quod ingentes olim procellis inſer Patres Societatis & noſtros excitavit, quibus ſeſandis Congregationi ad auxilium diu elaboravit, ſed etiam ſcopulum Philoſophorum & Hereticorum naufragio inſanum, qui coliffis plurimorum navibus, caeteros periculi admonet. Unde Mariana libro 3. de morte & immortalitate cap. 8. En ſcopulus ad quem multae contractae ſunt naves. En Euripus rapidus in diverſas & contrarias partes, verſo mari: velut monte praecipiti devolutus torrens, fervens rixis & contentionibus. Et Cardinalis Sadeletus libro 2. in Epift. ad Romanos. Magnum concurſum acerrimarum diſputationum excitant, magnamque mare commovent, quicunque hanc difficillimam omnium quaſtionum, & ſi verum fateri volumus, pene inexplicabilem tractari poſſulant.

Verum nihil me iſta terrent (Amice Lector) hinc ne pelago ſecurus committi: procul a periculo poſitum, navigaverim Deo ſpero, ſi quando in altum navis praenocula ſit: nihil eſt quod metuam dum Angelicum Praeceptorem ſequor, quem Deus Eccleſia